



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Praecipvarvm In comitiis
Ratisponensibus tractataru[m], & quibus nunc
potissimu[m] exagitatur Christi fides & religio, diligens, &
luculenta explicatio**

Pighius, Albertus

Parisiis, 1549

VI. De Missis priuatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29467

DE MISSIS PRIVATIS.

quam qui non collimant in interpretandis scripturis, nihil se cum dicunt consonum, sed quisque suum aliquod proprium infarcit, atque inuehit.

Peroratio.

Et haec tenus de Eucharistia, an veram sacrificij rationem habeat, & ad hoc instituta sit à Christo, ut aut debeat, aut possit vtiliter offerri deo, pro nobis, & aliis viuis & mortuis, de qua eius fructu, vtilitate, & efficacia, an cuiquam valere possit, ut re ipsa in se, quod onus operatum appellant, aut alteri alicui valere, quam illi qui eandem participant, satis mihi explicitum videtur.

DE MISSIS PRIVATIS CONTROVERSA, VI.

Controversia haec, ut in praecedentibus satis explicata sit.



Controversia haec, dependet ex proxima, & in ea ipsa sufficienter explicata est, ita ut non reformidet a iudicis iudicium, imò, ut ipsas praesentis conscientias aduersariorum appellare audeat. Qui cum propter missas priuatas execrentur, quod Christi institutioni easdem aduersari existimant, qui Eucharistiam non ad aliud instituerit, quam ut

eadem communicaretur populus, & coenam illam dominicam (quod nisi multis communicantibus non fit) nobis praesentaret: non verò ut offerretur pro ecclesia, & fidelibus viuis, & mortuis, & idololatricum cultum esse voluit, omnem illum, quo deum colimus, qui ab eodem exactus, & ad hoc institutus non est. (Quae vniuersa praecedenti controversia luce clarius demonstrauimus esse falsissima) nec hilum habeant praeterea, quo suam sententiam comprobent. Turtius nobis videtur, ut sequamur quod acceptum a maioribus, & quod probat catholicae per orbem ecclesiae

moultis iam seculis recepta obseruatio, & Romana tenet ecclesia. Ad quam, ob primam, & apostolicam cathedram prerogatiuam, & propter potentio- rem principalitatem (vt beatis- simus Irenaeus verbis dicam) necesse est omnem conuenire ecclesiam: hoc est, eos qui sunt vbique, fideles: in qua, ab his qui sunt vndique, conseruata est, ea quae ab apostolis traditio, in qua vna, ab ipso Petro, ad praesentem vsque Paulum eius nominis tertium, haud interrupta serie perdurat catholicorum Episcoporum successio, per quam etiam D. Augustinus re- tentum se confiteretur in catholicae ecclesiae gremio. Ad cuius fidem & doctrinam: & ille orthodoxus doctissimusq; Hierony- mus, in medio oriente prope Antiochiam habitans, in expli- cendis quae tractabat fidei, scripturaeque quaestionibus, perpe- tuo respiciebat. Eandem, etiam vltra tam vasta terrarum ma- riumque spacia, in dubiis consulere non dubitabat. Hæreticum non catholicum pronunciare eum, qui eius impugnaret defi- nitionem & iudicium, vnum illum suum agnoscens, quicumque iungeretur Petri cathedrae. Quisquis, inquit, cathedrae Petri iungitur, meus est. Vitalem non nosco, Melitum respuo: Pau- lum non ignoro, vt qui, ab eius sedis comunione se separauerat. Quis se affirmabat, super eum, velut petram, ædificatam Curiam ecclesiam. In vnus eius comunione, velut in arca Noe saluari nos ab ingruente diluui- o. Ex vna Petri nauicula Chri- stum nobis loqui, nos docere, in una saluari posse, etiam ille fa- ceret Ambrosius affirmat: quae eadem, velut orthodoxae fidei ma- gistrum, & singulari diuinae ordinationis dispositione, & assi- ditae praeuilegio, ad hoc nobis constitutam conseruatamq; ab initio agnouisse orthodoxos omnes, posterioribus tribus libris nostris de hierarchia ecclesiastica luculentissime demō- strauimus. Cum eius, inquam, cathedrae & ecclesiae fide, doctri- na & obseruatione, quoniam concordat, quod & nos à maiori- bus accepimus, & adhuc toto orbe, vbicūq; uiget nomē Chri- stianum, apud Indos deniq; & Armenios, obseruari vidimus, apud quos, & vt apud nos, missas priuatas celebrari certum est, rariis opinor, in eo permanebimus, quā vt sequamur Lu- theri insania cōmentum: quae, vbique, ab euidēti veritatis luce cō- uincuntur falsissima, & post illud, deserto illo corpore ad quod congregentur illae, quas memorauimus, aquilae, in quo solo, Christus, vita, & salus permanet: exeamus Christum contra Caristum, in deserto, in hæreticorum cryptis, angulis & la-

Toto orbe christiano in hodiernum vsque diem, etiam ab Indis & Armeniis, missas priuatas celebrari.

DE MISSIS PRIVATIS.

tibilis frustra querere: certam cum illis, perditionem inuen-
turi, quicumque demum illum cum suis, sequi: illi potius, qui
Romanæ & catholicæ per orbem ecclesiæ credere, dignum
duxerint.

*Auersa-
riorum cõ-
mẽta, quã
nihil secun-
cohereat.*

Et miror sanè de istorum hominum noua hac religione si
exacte nos reuocante, ad vnam Christi formam & exemplum,
præter quod, nihil à nobis volunt fieri. Qui cū videat Chri-
stum in sacra illa cœna, multos habuisse conuiuas, omnem
pe apostolos, atque eis omnibus communicasse suum corpus
& sanguinem in Eucharistia, nec à nobis missam celebrari
lunt, nisi multi adsint conuiuæ, communicantes mensæ domi-
nicæ. Quid igitur? aliorum ne tepente seruire, si quis eorum
charitate dei ardentior, & viuifici illius panis quotidianam
refectionem desiderat, etiam hic fraudari debet sancto illo
suo desiderio, & cœlestis illius panis alimonia, nisi socius sit
illius deuotionis inueniat? Christi exemplum, nisi plurimum
simul communionem, non habet. Solus ergo, ut quis ex hoc
pane edat, & bibat ex calice, contra Christi exemplum, in-
stitutionem istis est. Et quid de ægrotantibus? Hos ne com-
municant sine mensæ, & communionis socio? Si faciunt, ne
sua ipsorum principia parum attenti sunt. Et quare non soli-
liter facerent, quoties libuerit, non libebit missam celebra-
re, ut ex pane illo edat, & bibat ex calice, etiam si nullus ha-
buerit communionis socios, & participes?

Vides lector, quàm nihil secum cohereant istorum homi-
num commenta & somnia. Quòd si qui abusus in rem sacra-
tissimam, & saluberrimam irrepsit, ut irrepsit plebs
non diffitemur, scimus ad quem & quos pertineat eosdem
corrigere. Et quisque suum modum agnoscat, & officium in-
relligat. Et hæc tenet de præsentis controuersia, satis malu-
ctum videtur.

